Jacobi Aschersoni

WILHELMI SCHICKARDI

HOROLOGIVM HEBRÆVM,

Syn. 8. 63. 296.

SIVE

Consilium, quomodo sancta lingua spacio xxiv. horarum, ab aliquot collegis sufficienter apprehendi queat,

Jam sæpiùs comprobatum, & hâc septimâ vice paulò acutiùs recusum.

1638.

EXPERIRE: NON RIDE.

LONDINI,

Typis Thomæ Paine *Impensis* Philemonis Stephani & Christopheri Meredith, *in Cœmiterio D.* Pauli *apud insigne Leonis aurei.* 1638.

Rev. & Cl. V.

Dn. M. BARTHOLOMÆO BECKIO SS. Theol. Baccalaureo,

Gymnasii Islebiensis Rectori fidelissimo.

Amico charissimo,

S. P. D.

AVTHOR.

QVas toties à me flagitâsti, nun denique mitto Notas ad Horo logium. Quamvis autem seri te redamem, & modis omnibu inservire cupiam, non tame extorsisses, nisi hoc ipsum pr te rogasset Venerandus in Chri sto Pater Dn. M. Bartholomæu Rulichius Senior Augusta nus, &c. quem tu tergiversationi meæ diffisus callid substituisti, quòd ipsius in me meritis nil denegaturu præscires. Non equidem invideo cuiquam ista, her quantilla! Sed ideò tardus & invitus talia scribo, qui jam antè Grammaticorum in hac lingua plus est, quàn Discipulorum, ut de abolendis quibusdam potius quàm multiplicandis cogitandum arbitrer. Quisquis tria tan tùm

58...345

nes agnoſcemus abſque noxa. Quæſo igitur, mone omnes Tuos, ut illum dulcem nucleum eſſe properent; neque ſemper juſto diutius, in hoc tantùm cortice frangendo ætatem terant. Vale Amice honorande: ac ſi quæ diſplicent, pro candore tuo & judicii acrimoniâ, in melius commuta.

Tubingæ 26. April
1625.

1882
1625
257

im verba tenet hebraicè, & fortè Radicem. Inveſti-
are novit, ſtatim accingit ſe ad Grammaticæ reformā-
ionem. Ubi propriam quoque culpam non diſſitebor,
ùm Primùm rudimenta tyro perdidiciſſem, edidi & ego præcoces Tabulas in hanc linguam, opinione meâ præclariſſimas, ſed quarum intereà puduit meritò. Scilicet inc miſerebat ignorantiæ publicæ, & totum mundum apientiâ meâ beare geſtiebam! Poſtquâ verò hæc in Academica functione exprofeſſo tractare cœpi è Magiſtro rtis denuo factus ſum diſcipulus, & Michlol R.D.Kimhi, librum in hoc genere ſolum perfectiſſimum, ac notatibus longè præferendum, aliquoties relegi ſollicitè. Quia verò Judæorum nemo methodicus eſt, nec quicquam Catholicè docet, redegi confuſanea ejus ad formam Artis, & quicquid ille centies diverſis modis inculcat, coëgi ego in unam generalem regulam, ſemper, ut mel utendam: câque ratione pridem ſex; nuper verò duodecim alios Theologiæ Studioſos feliciter inſtitui, ut poſt exactas 24. horas (quarum quotidiè ſingulas tantùm inſumpſimus) mea voce in oc non amplius indiguerint. Quod artificium etiam obiſcum & in compluribus Saxonicis Univerſitatibus mè ſucceſſiſſe, lubens lætúsque reſcivi. Eſt, qui mihi erjocum dixit, ſi ſic pergatur, futurum brevi, ut nobis rofeſſoribus Hebraicis nil reſtet amplius, quod amus: reſpondi; quin imò tunc demùm fore negotiſſimos: Nam hactenus in Gramaticis minutiis eorinuimus, annoſi Alphabetharii; poſthac ad res ips, quarum gratiâ verba inventa ſunt, aſcendemus, Scripturas ſacras non ex incerto commento, ſed ſuis ntibus interpretabimur: qui modò fructus erit noro labore dignus. Tum verò in cujus libet verſionis dem inquirenius, & Judæorum quoque depravatio-

PRÆFATIO.

QVod hisce diebus inter prandendum me rogâstis, ut ad Hebræam vos Arcem quàm possem compendiosissimè deducerem, id juvante Deo nunc effectum dabo: gavisus quòd tam alacres mihi contigistis Discipuli, queis nec ingenium deest ad apprehendendum, nec ad perseverandum constantia. Sapuistis sanè præ multis, quòd hoc studium Theologiæ vestræ profuturum esse censuistis, & ampliorem fructum sentietis olim, quando Mosen & prophetas sine interprete vobis loquentes audietis, non indigi Glossarum & Commentariorum, quibus longè superiores eritis. Beneficium est, fateor, per Conspicilla posse remota cernere; at nonne multo præclarius, si quis rem absq; illis eminus ut cominus intuctur? Id nunc ante omnia certò persuasum habete, rem esse non modò possibilem, sed facillimam quoq;, si ritè tractetur. Nec terreant exempla eorum, qui totos annos fatigati, & tamen Herculeo molimine vix ultra Alphabetum progressi, tandem præ successus desperatione irrita cæpta prorsus deseruêre. Aberrarunt illi à legitimâ methodo, destituti nempe fideli manuductore. Ego autem viam vobis præmonstrabo, non anfractuosam illam mihimet olim navigatam, sed quam nunc è portu cerno breviorem. Neque enim diffido, quo cochlea quæpiam vix integro mense reptavit, & ipse difficili triduo pedes perveni, illuc equo pauculis horis

Vetus Præfatio,

Ad sex Studioſos, qui primum ſpecimen ediderunt.

Venerabilibus & Doctiſſimis Viris-Iuvenibus.

DOMINIS

CASPARI LAVTENSCHLEGERO, Bittenbronnâ-Palatino.

IOACHIMO HEINATIO, Kutizenſi Marchico.

M. MATTHÆO RAISERO, Lindavienſi.

GEORGIO ENGEL, Wickerſheimenſi.

M. GEORGIO ALBERTO, Auguſtano.

M. DAVIDI SCHÖNIO, Auguſtano.

SS. Theologiæ Studioſis Contubernalibus & Amicis colendis.

RÆ.

habitum inducat. Hunc in finem exhibeo vobis hîc selectissima præcepta, ab omni superfluitate, quoad ejus fieri potuit, perpurgata: angusta verbis, Vsu augusta. Præterea conjugationum, nova compendia: vocalium vulgò neglectarum accuratam mutandi rationem. Paucas hîc exceptiones, nullas singulares Anomalias metuite. Seiunxi omnes, & in complementum artis reservavi. Quorsum enim adhuc tenellos offenderem iis, quæ tutò nescire potestis tàm diu, donec ipso se usu offerant, quò rectius omninò discuntur, Ars generalium est, non particularium: & maximum proficiendi compendium, à minùs usitatis secernere frequentiora, magisque necessaria, quæ tyro primùm dignoscere nequit, fidelis autem institutor indicare debet. Cæterùm ut procedendi modum nonnihil prænoscatis, XXIV. horas ita bipertiar, ut duodecim prioribus Artis præcepta, posterioribus Vsum addiscatis. Quod ad priores attinet, ne multitudine obruamini, distribuam labores inter vos, ut quod per se exiguum est, multò minus fiat dividendo: Vestrûm sex sunt, singulis binæ cedunt horulæ, quibus singulas assignabo materias. Primus mihi Nomen exit; alter Verbum: Tertio Anomala tribuam; quarto affixa: quintum Vocales manent; Sextum Accentus. Cum quolibet seorsim tractabo, quod suum est, quasi is mihi unus adesset, cæteris interim mutis assidentibus, & Pythagoreo more tantùm auscultantibus Sic onus in tot humeros multiplicatum, levius gestabitur, cùm quilibet sextam tantùm partem ferat: perindè

ris, & citra lassitudinem, devehere quemvis ido-
neum sessorem. Non onerabo vos regulis : sed utar
peculiari stratagemate, quod hactenus clàm habui,
vobis verò, quibus multum, ut Theologiæ Studiosis,
plus, ut Contubernalibus, plurimùm, ut commensalibus
debeo, liberaliter impertiar. Expectatis fortè, ut
Ratichiano more præcepta prorsus eliminem ! fru-
stramini. Vtcunque conatus viri laudem, imbrobo ta-
men processum, aut nominent mihi eos, qui ex hac
Didactica solidè profecerunt. Solent & Iudæi no-
strates, (quos fortassis æmulatus est) absque Gram-
matica, mero usu, hanc linguam aggredi. Vidi pue-
rulos ipsorum septennes, Mosen solâ exercitatione
interpretantes : at non ignoro, adultiores demùm, &
tùm jam ad Rabbinatum aspirent, artis rudimenta
necessariò ex Elia, vel Kimchi addiscere. Facessant
igitur hi magno hiatu promissores, quos pollicitis
tantùm divites fuisse, possessione verò pauperrimos,
ex eventu constitit. Vos verò sic statuite, neutrum
absque altero seorsim sufficere ; Iudæorum usum sine
Arte incertum esse, vagum, perpetuoq; fluctuantem :
vicissim Christianorum Artem sine usu sterilem, nus-
quam frugi : adeóque nisi iter Vsus dirigatur compas-
so Artis, semper oberrari periculosè. Eapropter u-
trumque stabili connubio jungendum esse semper. Hoc
tamen discrimine, ut Artis præcepta sint pauca, pe-
spicua, vera, catholica, quibus tutò fidatur : Vsus au-
tem multus ; qui regulas applicatione illustret, expe-
rientiâ roboret, tandem continuitate suâ exercente
habi-

festim citraque molestiam depromere sciatis. Si quam tamen rariorem voculam ego supplevero, hærebit ea propter hæc ipsa firmiùs, quòd extra ordinem inserta fuerit. Et in hoc omne XXIV. horas insumetis, quas (ne quis insolenter dictum existimet) non continuas intelligo, sed interruptas; neque enim durabile esset, quod alternâ requie privaretur. Ingeniosus aliquis quotidiè binas impendere posset, sic cursum duodecim diebus absolveret; vel ternas, ut octiduo finiret. At licèt quispiam singulas tantùm insumat, intermedio tempore toto vacet, num propterea periisse putabitis hunc mensem, quo tàm præclaram sibi scientiam acquisivit, in omni vita profuturam? Quod si post primam periodum diutius continuare invicem volueritis, liberum esto. Meâ verò deinceps non amplius indigebitis opellâ, sed ipsimet vobis Doctores eritis, quilibet cæteris in eo, quod ipse principaliter didicit sufficiens. Sed plura non addo, ne omne Mysterium simul & præmaturè prodam: quæ nunc reticui, ore tenus tunc ordinabo, id extremum vos precatus, velitis interim ab ardore vestro ne quicquam remittere, sed certò statuere, quòd alacribus cuncta sint pervia. Valete & Salvete

à Vestro

Contub. Rectore,

Wilhelmo Schickardo,
IX. Kl. Mart. 1622.

INSTI-

erindè ut olim ponderosissimum Arietem bellicum
ajulabant multi ad laterales uncos alligati, ut, quam
inguli nequirent, portam effringerent universi. Po-
sterioribus XII. totidem selectos textus biblicos re-
olvemus. Ego prælegam, vos respondebitis. Si quis
ualis, vel pluralis occurret, te NOMEN appella-
o! Si quod præteritum, futurumvè, te VERBVM!
Si qua punctorum mutatio, tu VOCALIS ratio-
nem reddes! &c. nec quicquam offendemus, cujus
explicationem non aliquis vestrûm jam teneat. Sic
in memoria vestra vivam habebo Grammaticam:
& ut Ethnici suam felicitatem, bonumve virum non
in uno quærunt Individuo, sed in multis; Ita ego He-
ræi hominis Ideam contemplabor in vobis universis.
Dum autem singuli suum depositum reddunt, can-
demque rem toties in medium conferunt, assuescent &
æteri, ac vel nescientes, perque lusum quasi memoriæ
mandabunt, ut propemodum è vultu collegæ, & an-
equam os aperiat, quid prolaturus sit, agnoscant,
deoque prius se didicisse, quàm discere sentiant, &
uantum profecerint, ipsi mirentur. Proderit etiam
osterioribus horis vices permutare, ut qui hodie No-
minis partes sustinuerit, cras Verbi personam in-
duat, & sic omnes successivè in omnibus exerceantur.
Haud dissimili ratione Lexicon quoque inter vos di-
stribuam, uni Radices ab Aleph, Beth, Gimel, alteri à
דה &c. inchoatas, assignabo, ut significata vocum,
non è scripto Dictionario, cum aliqua temporis jactu-
ra, inquirere opus sit, sed è vivo penu vestro cox-
festim

Oportet autem cautè inter ſimiles diſtinguere; quod diſcrimen omne in apicibus & augulis *conſiſtit: ut ex horum accurata collatione patet.* אצנבכרדקזוטמסהחתץין *Quæ* duplicem figuram *habent, uſurpant poſteriorem in fine tantùm, alteram aliàs ubique.*

3 Ratione pronunciationis diſtribuunt in Gutturales, Labiales, Palatinas, Linguales, & Dentales,

ahacha E Gutture *procedunt hæ quatuor* אַהֲחַע, *pe-*
Bemaph Labia *compreſſa prorumpunt totidem* בּוּמָף *dictæ*
githeh *in* Palato *formantur* גִּיכֶּק, Linguales *ſunt quin-*
Dallaneh *que* דַּטְלָנֵ֫ת, *tandem per* Dentes (*vel gingivas e-*
zastzerash *dentulorum*) *ſibilant* זְסְצֶרֵ֫שׁ *Præcipua pronunciandi difficultas eſt in gutturalibus, præſertimin* ע *cuius. ſonum hodiè ignoramus, & cum* א *confundimus. Reliquarum poteſtates variantur per puncta, ut jam ſequitur.*

4 Schin cum dextro puncto ſibilat craſſiùs; exiliùs cum ſiniſtro.

Vt שֵׁשׁ Scheſch *ſex* שֵׂה ſæh *pecus, qnæ puncta interdum cum Holem coincidunt, ut* מֹשֶׁה Moſchæ *Moſes* שׂוֹנֵא ſone *Hoſtis.*

5 Dageſch lene literas Begadkephat in durat.

Pun-

INSTITVTIONVM
Linguæ Sanctæ
Caput. I.
DE LECTIONE.

Docet legere 1 Consonantes. 2. Vocales. 3. Tonum rectè locare.

I. CONSONANTES.

Regula 1

Hebræi legunt retrorsum.

Habent id commune cum cæteris Orientalibus; à quibus tamen in eo differunt, quòd singulas sigillatim ponunt: cùm Syri & Arabes connectant. Et ut consonas ab invicem; ita quoque vocales à consonis separant, *ut interdum prorsus abesse possint.*

Consonantes numerant viginti duas. 2

Quarum nomina, figuras & potestates sequens exhibet Tabella.

Lamed	ל L	*Aleph*	א *aspir. len.*
Mem	מם M	*Beth*	ב B. β
Nun	נן N	*Gimel*	ג G. γ Ch. ג g
Samech	ס S	*Daleth*	ד D δ
Ajin	ע *asp. fort.*	*He*	ה H
Pe	פף P φ Ph	*Vav*	ו V *Conson.*
Zadi *Zadi*	צץ Z *ts*	*Zain*	ז ds = z
Kuph	ק Q K	*Cheth*	ח χ
Reſch	ר R	*Teth*	ט t
Schin	שׁ שׂ שׁ שׂ	*Iod*	י J *Conſ.* *Jod* = y
Thav	תּ T θ תּ t ς	*Caph*	כ ך C. k. ch.

Opor-

ut קוֹיִם *Kovim, non Koim, expectantes,* צַוָּאר *Zaffar collum, non zavar: in talibus enim est Dageſch, non Schurek.*

10 Iod medianum vocali caſſum ſilet: at finale tantùm poſt Hirek, vel zeri.

Vt רַגְלָיו raglaf, *non raglaif, pedes ejus.* כַּלְיֵךְ *Kelacha, non Kelaecha, vaſa tua,* פְּרִי peri, *non perii, fructus.* דִּבְרִי difri, *non difrei, verba.* Nota. Finale cum cæteris vocalibus movetur, & coaleſcit in Quaſi-Diphthongum, *ut* יָדַי jadai, *manus mea,* אֲדֹנָי adonai, *domius,* גּוֹי goi, *gens,* תָּלוּי talui, *ſuſpenſus.*

II. VOCALES.

11 Vocales ſunt quindecim.

BREVES.			LONGÆ.		
Pathak	ַ	A *clar.*	*Kamez*	ָ	*a obſcur.*
Segol	ֶ	æ	*Zeri*	ֵ	E
Hirek parv.	ִ	i	*Hirek magn.*	ִי	I
Kamez hat.	ָ	o *obſc.*	*Holem*	וֹ	o
Kybbutz	ֻ	ü *gallic.*	*Schurek*	וּ	ü

BREVISSIMÆ.

Scheva	ְ	*e*
Hateph patha	ֲ	*a*
Hateph ſegol	ֱ	*e*
Hateph kametz	ֳ	*o obſcur.*

Diffe-

Punctum intra literam dicitur Dageſch: *eſtque* duplex, *Lene & Forte*. Lene *eſt, quod ab initio, vel poſt ſcheva ſcribitur*: *Cætera ſunt* Fortia. *Cum Leni literæ* בגד כפת *ſonant duriuſculè* BGDCPT, *ut* בֵּן ben *filius* גָּן gan *hortus* דָּם dam *ſanguis*, כִּי Ki *quoniam*, פְּ pæ *os*, תֹּם tom *integritas*: *abſque illo literæ* בגרכפה *ſonant aſpiratè* βγδχφθ, *ut* אָב a β *pater*, חַג cha γ *feſtum*, יָד ja δ *manus*, רַךְ ra χ *mollis*, סוֹף ſoφ *finis*, עֵת eθ *tempus*.

Forte literas geminat. 6

Vt שִׁבֵּר ſchibber, *non* ſchiber, *fregit*. *Accidit omnibus, præterquam his quinque* אהחער

Aleph quieſcit, cùm vocali caret. 7

Litera quieſcere *dicitur, cùm non legitur*, Moveri *verò, cùm pronunciatur. Quies accidit quatuor conſonis* אהוי (*quæ memoriæ causâ in nomine proprio* יְהוֹאָ *comprehenduntur.*) *Exemplum Aleph eſto vox* רֵאשִׁית *principium*; *quam leges* Reſchith *non* Rehſchith.

He finale nunquam legitur. 8

Vt חָכְמָה Chochma, *ſapientia*. Niſi puncto Mappik notetur, *ut* גָּבַהּ *gofah altitudo*.

Vau cum holem & ſchureck obmuteſcit. 9

Vt תֹּהוּ *inanitas*, *lege* tohu, *non* tohuv. Excipe, quando duas habet contiguas vocales, *ut*

Sic v.gr. Illud 2. *Reg.* 18.27. שִׁינֵיהֶם (a) *gitur non secundum consonas, sed vocales* לֵיהֶם (b) *ex antiquissima consuetudine. Et hujmodi diversæ lectiones, juxta Eliam Levitam, Bibliis sunt,* 848. *comprehensæ signo* רין וְכָתְבָן (c) *inter quas semper illa verior, quæ in margponitur, non quæ in textu. Ad eas refertur nomtetragrammaton* יהוה, *quod si punctatur* יְהוֹה *gendum; est* אֱלֹהִים *si verò* יְהוָה *efferendum*'ני *vam vocales ejus sunt mutuatitiæ tantùm, atq; per se caret, nec ante avorum nostorum memam quisquam aliter pronunciavit.*

(a) Vrinam suam nam שִׁין & שִׁינַיִם sign. urinã

(b) Aquã pedum suorum. Nã מַיִם significat aquam. Et רַגְלַי significat pedes.

(c) Vsitatiùs scribuntur hæc verba hâc formâ קְרִי Lectum, & כְּתִיב Scriptum. Chaldaicè pro כְּתוֹב

III.

Tonus plerunque est in ultimâ.

Vox tunc dicitur Mira, *ut* יִשְׂרָאֵל (d) *Iisra*

16

(d) Tonus hic exprimitur variis modis ultimæ syllabæ superpositus vel supposítus ut אָ vel אַ vel אֲ &c.

Sed penacuta sunt, quæ in ־ vel ־ d sinunt.

Dicuntur Milhel, *ut* אֲבִינָיִל *Abagâ* אֲבִימֶלֶךְ *Abimælech*, בֵּית־לֶחֶם *Bethlæch quæ vulgo perperam Abigail, Abimelech, Bethlehem enunciantur. Hûc refer, quæ* Patha vicaum pro Sægol *habent (quod tantùm propè* accidit *)* ut בַּת־שֶׁבַע *Beth-schæfa, Bethseb Excipitur autem Sægol ante* הָמָן Haman

Differentiam inter ſimiles - & ־ item inter ֽ & ׃ reperies mox infrà Regulis 12. & 24.

Patha genuſa legitur ante Conſonas 12
הרחע

Habet commuuem figuram cum vulgari patha, ſed in eo differt, quòd rariuſculè, nec niſi ferè ſub ultimis הרחע *reperitur, ac ante ipſas enunciatur, ut* אֱלֹהַ æloah, *non eloha,* DEUS, מָשִׁיחַ maſchiach, *non maſchicha, Chriſtus,* יְשׁוּעַ Ieſchua *Salvator,* IESVS.

Scheva legitur ab initio; ſub dageſch; 13
poſt longam; & poſt ſocium.

Vt כְּלִי Keli, *vas,* שַׁבְּחוּ ſchabbechu, *laudate,* נָתְנוּ nathenu, *dederunt,* יִלְמְדוּ jilmedu, *diſcent:* Sic etiam ſecundum nonnullos ſub Dageſch intellecto, *ut,* וַיְהִי vajehi, *& fuit, & quod eſt pro* וַיְהִי *Excipitur à quibusdam initiale ſcheva in* שְׁתַּיִם ſchtajim, *duæ, & derivatis.*

Quieſcit verò ante ſocium ſcheva: poſt 14
brevem: atque in fine.

Vt יִשְׁמְעוּ jiſchmeu, *audient,* מִשְׁפָּט miſchpat, *iudicium,* בַּרְזֶל barzel, *ferrum,* קְשְׁטְ koſcht, *veritas.*

Voces circello notatæ, aliter leguntur, 15
ac ſcriptæ ſunt.

Sic

EXEMPLUM

Lectionis esto versus 8. Cap. 3. Sophoniæ, qui singula Alphabeti literas, etiam finales continet.

Ideo expectate me, inquit Dominus, ad diem, quo surgam tandem, quia decretum meum est colligere gentes, ut congregem regna ad effundendū super eos indignationem meam, omnem furorem iræ meæ. Quoniam in igne zeli mei devorabitur universa terra.	לָכֵן חַכּוּ־לִי נְאֻם־יְהוָה לְיוֹם קוּמִי לָעַד כִּי מִ מִשְׁפָּטִי לֶאֱסֹף גּוֹיִם לְקָבְצִי מַמְלָכוֹת לִשְׁפֹּךְ עֲלֵיהֶם זַעְמִי כֹּל חֲרוֹן אַפִּי כִּי בְאֵשׁ קִנְאָתִי תֻּאָכַל כָּל־הָאָרֶץ׃	lachen chakku--li neúm *a* Adonai lejóm kumí lead ki mischpatí læsóph gojím lekofzi mamlachót lischpóch alehæ dsamí kol charón appí kí bēésch kinathí teachél kal haáræz.

a Rabbinicè legitur Adonai, sed verè Jehovah.

CAPUT II.

DE SCRIPTIONE.

Docet exarare 1. Consonas, 2. Vocales, 3. Numeros, 4. Currentes literas. At Orthographia utriusque Dageschi differtur in proprium caput.

I. CONSONÆ

19 Literæ sunt æquialtæ, transversim

ante ה *Radicale &* מן *ſervilia; ut* מֹשֶׁה oſchæ' *Moſes,* פָּנֶיךָ penechæ'm, *facies ve-*
, שְׁמַרְתָּן ſchemartæ'n *cuſtodiiſtis f.*

Item quæ in ſervilia בִּימֵי ה תַּכֶּרְךָ תֹּתִי
minantur.

Illud fiebat ratione vocalium: hoc verò reſpectu
ſonarum, ut אַחוֹתֵיהֶ achotæ'ha, *ſorores ejus*
תִּשְׁכֹּנְנָה tiſchcónna *habitabunt f* דְּבָרֶיךָ de-
ræcha *Verba tua,* חָפַצְתָּ chafázta, *voluiſti,*
יָכֹלְתִּי jachólti, *potui;* עֲזַבְתָּנִי azaftani, *deſeruiſti,*
לָמוֹ lâmo, *eis* יִשְׂמְחוּ jiſmáchu, *lætabuntur,*
אֶחֱזֵנוּ achaaznu, *apprehendimus,* יְצִילֵהוּ jadſzilehu,
piet eum. Huc refer ה *paragogicum & lo-*
e, ut לַיְלָה láila, nox. Sed Excipe, *ſi ſcheva*
bile (ſimplex aut compoſitum) præcedit; ut
אֲסַפְּרָה aſapperá, *annunciabo,* לְשׁוֹנְךָ (a) leſcho-
chá, *lingua tua,* גַּדְּלוּ gaddelû, *magnificate,*
זָעֲקוּ zaaku, *clamârunt.*

(a) Magis regulariter in S. Scriptura ſcribitur: לְשׁוֹנֶךָ

Vt מוּם *macula*, גֵּיץ *filius* צִיץ *flos*, חָפַף *texit* זָכַךְ *purus fuit. Sed crescente voce, vulgarem formam reassumere memento, ut* צִצִּים *flores. Quod verò Mem Esa.* 9. 7. *in media voce* לְמַרְבֵּה *ad multiplicandum, clauditur,* (a) *id totum (& plura ejusmodi) mysticum est.*

(a) Quia littera ם in mediâ voce usitatius est aperta, saltem summâ parte ם si non imâ. In aliquibus exemplaribus ס s. Loco litteræ מ mi legitur. Quia ס apud rabbinos significat clausum. Quia ם sig. occlusit. 22

II. VOCALES.

Holem mutabile, vel constructionis vel prope indagescha-biles, scribitur abque vav : cætera, præsertim Characteristica, cum illo.

Non perinde est, an cum vel sine vav scribatur sed quando est mutabile, (ut in penultimis nominum Milhel, & ultimis syllabis verborum) vel in regimine positum, ut contiguè attingit literas אחער *aut vicinum est vav vel jod, tunc scribitur defectivè, v.g.* קָדֶשׁ *sanctitas,* יַעְבֹד *serviet* שָׁמַיִם *Cataractæ cœli,* מְאֹד *valdè,* כֹּחַ *virtus* עוֹלָם *seculum,* רֹאשׁ *caput,* גְּדֹלוֹת *magnæ,* אֲדֹנָי *Domini mei, &c. Extra hos casus plerunque habet* sustentaculum *suum vav, ut* כּוֹכָב *stella; præsertim fillud sit radicale aut Formativum, ut* חוֹל *arvis,* תּוֹחֶלֶת *spes.* Excipiuntur *taman multa utriná. anomala, quæ Masora passim literis* ח *hoc est,* חָסֵר *deficiens, &* מ *hoc est* מְרֻבֶּה *redundans, notavit.*

crassiusculæ, deorsum tenuiores.

Ad hoc præstandum oportet calamum *sinistra parte brevius abscindere, & inter scribendum obliquè tenere. Pertinet etiam ad decus literarum, ut in modum flammæ accuminentur; hanc* calligraphiam *feliciùs autopsia, quam regulæ docent, Vide ergò, ut literas invicem situ, & cognatas angulis quibusq; probè discrimines. Porrò majusculas non habent Hebræi, ne initiò quidem. Nam quæ grandiores alicubi, vel etiam minutiores occurrunt, sunt mysticæ.*

Sex delatabiles, אהלחרם com- 26
plementi vel ornatûs gratia diducuntur.

Nam voces sub lineæ finem dividere non solent, sed aut hiatum hisce longioribus explere aut sequentium aliquas superflue sine punctis apponere: Accidit hæc dilatatio in Manuscriptis etiam literis Beth, Daleth, Resch, atq; Schin, *ubi insuper* He, Chet & Thau, *cum gibbis antiquitus pictæ visuntur; He verò etiam in se reflexum & duplicatum, ac quasi prægnans, hoc modo:*

בדרשהחתם

Quinque finales מנצפך in dictionum 21
clausulis extenduntur.

א	ב	ג	ד	ה	ו	ז	ח	ט
1	2	3	4	5	6	7	8	9
י	כ	ל	מ	נ	ס	ע	פ	צ
10.	20.	30.	40.	50.	60.	70.	80.	90.
	ק	ר	ש	ת				
	100	200	300	400				

Reliqui centenarii vulgariter ex minoribus acervantur; Apud Cabalistas verò Masoritas teris finalibus *designantur.*

תק	תר	תש	תת	תתק
ך	ם	ן	ף	ץ
500	600	700	800	900

Intermedii ex his componuntur, m
27 iore semper præmisso.

Vt יב כא לג מד נז *&c.*
12 21 33 44 57

(a) Literæ numerales componentes non conjunguntur, sed maximus numerus interponitur, ut יז, ט. 10. 90. Vbi אט & הי facientes 15. separantur.

At pro יה, *quod est è nominibus divinis, usurpatur reverentiæ causâ æquivalens* טו 15. (a) O do iste negligitur, quando numerus aliquis m moriali Symbolo aptè includi potest, *verb. g Parscha Bereschit, sive prima sectio Geneseos, versus continere dicitur, quot valet nomen* מציה Amasiàh (b) *in numeris, scilices* 146. *Succeden Parscha Noæ* 153. *quot symbolicum nomen* בצלאל *Betzaleel &c. Sic annus* 1621. *latet in versiculo.* *Psal.*

Holem à contiguo puncto ש abſor- 23
etor.

Sive dextrum præcedat, ut קְדֹשִׁים *ſancti, ſeu ſiſtrum ſequatur, ut* שֹׂנֵא *hoſtis.*

Kametzhatuph ante ſcheva (expreſ- 24
ſum vel intellectum) privetur punctis.

Vt קָרְבָּן *oblatio, Intelligitur autem ſcheva ſub geſch; vel literâ finali mobili, ut* חָנֵּנִי *miſerere ei* כָּל *omnis, quæ ex conſecutione Scheva, Daſch, aut Mappik, facilè à Kametz magno diſcernuntur. Nihilominùs autem rudioribus etiam* חָנֵּנִי *&* חָנֵּנִי *cum punctis ſcribuntur, inſtar breſſimi Hateph kametz, quod ſolis ferè guttulibus ſubjicitur, ut* אֳנִי *navis,* עֳנִי *afflictio.*

Scheva mutum inſcribitur omni ה fi- 25
li non kametzato.

Vt הָלַךְ *ambulavit,* מֶלֶךְ *Rex. Æmulantur literæ Begadkephat poſt ſocium ſcheva, ut* יִפְתַּח *latet.*

III. NVMERI.

Monadici exprimuntur novem prio- 26
bus literis; denarii 9. ſuccedaneis: cen-
narii reliquis.

olim, & hodiè Basilienſia Biblia ſunt excuſa; ea probatur doctus, & reliquis præfertur. Noſtratibus denique Iudæis in Germania *dcgentibus, craſſa rudiſq; מְעֻשִּׂים donominata, qualibres Minhagim, & conſimiles nugas exprimunt. En tibi trium* (a) *poſteriorum exemplа.*

(a) Gallicarum, Italicarum Germanicarum.

a quibus ipſis tamen in Manuſcriptis mutilpliciter variant, prout quilibet manu ſuâ melius pingit vel deterius: In majuſculis quoque mirè luxuriant, dum v.g. הָאֱמֶת *ſic reddunt* 

29 Adhibentur etiam ſcripturæ compendia.

Quæ barbarè Abbreviaturas, *Rabbinicè verò* תֵּיבוֹת

l.III. הַשִּׁית חָכְמָה יִרְאַת יְהוָה (a) Principium sapientiæ timor Domini. *Vsus numerandi etiam insignis est in Cabala, ubi quæ in numeris æquivalent, perse mutuò explicari putantur. v.g. ad Gen.*49.10. יָבֹא שִׁילֹה veniet Schilo, *per* מָשִׁיחַ (a) Messiam, *quorum utrumque* 358. *complectitur, quam interpretandi rationem* Gematriam *vocant.*

(a) Vulgò messia, sed vere juxta hebræam vocalem massia. m. infine ponitur propter declinationem latinam.

IV. CVRRENS SCRIPTVRA.

In manuscriptis usurpantur alii characteres. 28

Habent enim Hebræi æquè ut aliæ linguæ, varias rerum formas. Principalis, & quâ sacer codex scribitur, dicitur מְרֻבָּעַת quadrata, *estq; dux,* Vetus *pinguior illa & indolata proinde elegantior habita, sed distinctu difficilior;* & Nova, *su quidem gracilior, expeditior tamen scriptu. eter eas variæ sunt vernaculæ,* Currentes *vul appellatæ, & singulis ferè gentibus suæ peculi-s.*

Hispanis *minuta & continua* מְעֻלָּאק *dicta, jod & vav mediis Beth, Daleth, atq; Reschinuntur, cæteræq; omnes Arabico more cohærent. jus Elias in Thisbi meminit.* Gallis *laxior est, Commentariis à Rob. Stephano editis.* Italis *rotunda, exilis & pulchra* מְשֻׁקָּט *vocata qua Veneta*

n

CAPUT. III.

DE NOMINE

Tradit Nominum, 1. Formas, 2. Genera, 3. Numeros 4. Regimen, quod est loco casuum. Nam declinationes illas non habent. Et de mutatione cum suffixis dicetur infrà.

I. FORMA.

30 **Nomina formantur à Verbis.**

Vt מֶלֶךְ *rex, à radice* מָלַךְ *regnavit: rariùs ordine inverso verba descendunt à nominibus, ut* הֶאֱזִין *audivit, ab* אֹזֶן *auris. Porrò, ut verba vel perfecta sunt vel imperfecta, ita quoque nomina inde deducta. Vtraque autem, vel* Nuda (*quæ solis radicalibus literis constant*) *vel* Aucta: *& nuda iterum vel* levia, *vel* Milhel: *Aucta verò vel utrinsecùs* (*h. e. ab initio, vel fine tantùm*) *vel utrinque. Hanc formarum varietatem nosse multùm juvat, ideò eam prælibabimus.*

31 **Levia desinunt in vocalem longam præcedente longâ, vel scheva.**

Dicuntur Lævia, *quia oriuntur ex levi conjugatione Kal, nec ullo Dagesch forti onerantur. Sunt autem pro diversitate terminationum quintuplicia.* 1 *Classis desinit in Kametz, ut* דָּבָר *verbum.* יְצִיר *sicera,*

נאשי תיבות capita dictionum *appellant. Nam ut latinè l. librum, C. caput, v. versum, p. m. piæ memoriæ, q. d. quasi diceret, significat: ita Hebraicæ consonantes quædam apicibus notatæ, integras voces denotant. Exempli gratiâ.* א אמר *dixit* ה השם *Nomen,* הקבה ברוך הוא הקדוש (a) *sanctus, ille benedictus sc.* Deus, וזכרונו לברכה זל *memoria ejus sit in benedictione* כ כתיב *scriptum,* ל ליט (b) *non extat* ססס *vel* ס סתומה *clausum,* פ *vel* פפפ פתוחה *apertum,* ק קרי *lectum,* ר רבי *magister,* רשי רבי יהודי שלמה *Rabbi Salomon Iarchi, vult dicere. Et sexcenta talia, quæ pridem alii collegerunt. Interdum ultimas tantùm ser viles resecant, ut* תור *pro* תורה *lex. Aliàs Græcorum more literas non connectunt, nisi* ל & א *quæ Rabbini conjunctim, instar inversi Pe finalis sic pingunt* ﬧ *Item in nomine Dei, quod nonnulli sic* ״ *exprimunt, alii sic* ״ *plerique sic* ירד *He mutilato, vel in Daleth converso, quo modo etiam passim in Talmud* אלקים *pro* אלהים *scribere solent, He contrariâ ratione, instar Kuph, & prolongato.*

(a) הק significante הקדוש ב signifi. ברוך ה sign. הוא

(b) ל pro ליט i.e. לא non א est.

C A.

33 Penacuta ſeu Milhel deſinunt breve ſægol, præcedente mutabili.

Subdividuntur in quatuor formas. 1. *Vbi ali*
Sægol *præcedit, ut,* צֶדֶק *juſtitia.* 2. *Vbi* Zeri;
סֵפֶר *liber. Aliqua tamen indifferenter quinq*
ſex puncta habent, ut שֵׂכֶל & שֶׂכֶל *ingeniu*
3. *Vbi* Holem *caſſum, h.e. abſq; vav ſcriptum,*
קֹדֶשׁ *ſanctitas.* 4. *Vbi* Kametz, *tunc media ſe*
per eſt vav, ut מָוֶת *mors. Et hæ formæ omn*
ratione vocalium, in incremento vocis variè ſu
mutabiles. Porrò accidit ſæpiſſimè propter liter
הח״ע *ut pro ſægol deſinant in* patha vicarium,
יֶשַׁע *ſalus.* נֵצַח *puer* נַעַר *æternitas,* גָּבַהּ (a) *alt*
tudo. Et referuntur hûc quoq; imperfecta pauc
quæ pro ſægol habent ſcheva mutum, ut חֵטְא *pecc*
tum, קֹשְׁט *veritas,* שָׁוְא *vanitas.*

(a) Regularius ſi non ſæpius ſcribitur cum ו quam ſine ſ. גּוֹבַהּ

34 Aucta initio tantum, pleraque Me
gerunt in fronte, & terminantur in lon
gam.

Primaradicalis adſciſcit ſcheva, quando aliq
Hæmantica ſive formativa litera præponitur. Pro
inde illa præliminaris litera brevem vocalem nan
ciſcitur plerumque Patha, interdum Hirek, ut שִׁשְׁעָן
& מַטְעָן *baculus,* מִשְׁפָּט *judicium,* מַשְׂכִּיל *eru*
diens carmen. מַכְאוֹב *dolor,* מִזְמוֹר *Pſalmus*
מַטְמוֹן *theſaurus.* Quædam Aleph præmit
tunt

cra, גּוֹרָל *ſors*, עוּגָב *organum*, כְּתָב *ſcriptura*.
Finitur in Zeri, ut שָׁכֵן *vicinus*, תֵּבֵל *orbis*,
רוֹגֵז *obtractator*, זְאֵב *lupus*. 3. *Exit in* Hireck
agnum, קָצִיר *meſsis*, אוֹכִיל *cibus* כְּסִיל *ſtultus*.
in Holem, *ut* גָּדוֹל *magnus*, אֵזוֹב *hyſſopus*
קִיטֹר *fumus*, תְּהוֹם *abyſſus*. 5. *in* Schurek, *ut*
חָרוּל *urtica*, אֵבוּס *præſepe*, זְבוּל *habitaculum*.
Obſerva tamen, quod propriori ſcheva ſub guttu-
libus locentur cognatæ vocales compoſitæ, ut
אֱוִיל *ſtultus*, חֲמוֹר *aſinus*. *Quæ novas propterea*
rmas non conſtituunt, ſed ad præcedentes כְּסִיל
תהום *redduntur*.

Gravia deſinunt in longam, præde-
ente brevi; quam Dageſch ſequitur.

Adhoc Dageſch denominantur Gravia, *& ori-*
inem ducunt ex Piel atq; Pyhal. Suntq; rurſus
uinq; claſsium. 1. *Terminata in* Kametz *ut* גָּנָב
r, אִכָּר *agricola*, אִלֵּם *mutus*, כֻּסֶּמֶת *ſpelta*. 3. *in*
Hirek magnum, ut אַדִּיר *magnificus*. 4. *in* Holem
צִפּוֹר *paſſer* סַבָּל *onus*. 5. *in* Schurek, תַּנּוּר *fur-*
us, שִׁקּוּץ *abominatio*.

NB. *Hûc etiam pertinent, quorum Dageſch*
uidem omiſſum eſt, ſed aliâ vocali compenſatum, ut
גֶּחָלָה *pruna*, חָרָשׁ *faber* חֵרֵשׁ *ſurdus*. סָרִים *Eu-*
uchus pro חָלָשׁ (a) בָּרִים (b) *&c. ad analogiam*
אַדִּיר גָּ-

(a) Debilis.
(b) Vaſibus.

ut גָּפְרִית *sulphur*, רֵאשִׁית *principium*, שְׁאֵרִית *residuum*, מַלְכוּת *regnum*, סְכִילוּת *stoliditas*.

36 Vtrinque aucta incipiunt à Mem vel Thav, & desinunt in He vel Thav.

Vt מִלְחָמָה *bellum*, מֶרְכָּבָה *currus*, מַהְפֵּכָה *subversio*, מְנָטָּה *exitium* מַחֲשַׁפְחָה *familia*, מַמְשָׁלָה *dominium*, מַרְחֶשֶׁת *cacabus*, מִשְׁקֹלֶת *perpendiculum*, תַּרְדֵּמָה *ornatus*, תִּפְאֶרֶת *sopor*, תַּנְחוּמָה *consolatio*, תִּפְלֶצֶת *horror*, תִּלְבֹּשֶׁת *vestitus*. Rarò ab Aleph inchoantur; *ut* אֶצְעָדָה *armilla*, & אַשְׁמֹרֶת *vigilia*.

37 Inperfecta coniugationum suarum anomalias sequuntur.

Quemadmodum Anomala verba inter conjugandum quasdam literas vel mutant, vel amittunt; ita nomina inde derivata easdem imperfectiones sustinent. Quod particulariter per præcipuas species declarabo. 1. A defectivis Pe Nun *orta, primam radicalem sæpè per Dageſch abſcondunt, ut* הַצָּלָה *liberatio, à R.* נצל *evaſit, ſic* מַבּוּל *diluvium, à R.* נָבַל *cecidit.* 2. A geminatis *oriunda plerumque alteram ſimilium amittunt, qui defectis in Nudis à tergo, per longam mutabilem, in auctis verò per Dageſch poſt brevem indicatur:* חֵם *calidus,* קֵן *nidus,* תֹּם *integritas,* מָסָךְ *tegumentum,* מָגֵן *ſcutum,* מָעֹז *robur* וּמָה *facinus,* חֻגוּ-

, *ut* אַבְוָב *fallax*, אַבְנֵט *baltheus*, *ſed crebriùs* *ſægol*, *ut* אֶצְבַּע *digitus*, אֶשְׁכּוֹל *botrus*. Non- æ Thau in fronte gerunt, *ut* תַּלְמִיד *diſcipulus* תַּם *abſterſorium*. Pauca Iod *vel* Nun, *ut* יְצָהָר *m*, יְלָקוּט *pera*, נַפְתּוּל *luctatio*.

Aucta fine tantùm partim aſſumunt n vel Iod, partim He vel Thav. 35

riora ſunt Maſculina, ut קָרְבָּן *ſacrificium*, *ſecuris*, שִׁלְטוֹן *poteſtas* נָכְרִי *extraneus*, Po- iora verò Fœminina & ſatis frequentia.

Quæ in ה ▪ deſinunt, vel habent ſcheva mo- ſub prima, בְּרָכָה *benedictio*. בְּהֵמָה *ju- tum*, נְגִינָה *concentus*, בְּשׂרָה *nuncium* גְּבוּרָה *potentia*; vel ſcheva mutum, ſub media, שַׂלְמָה *veſtis*, חֶרְפָּה *probrum*, שִׂמְחָה *lætitia*, חָכְמָה (a) *ſapientia*, טֻמְאָה *immundicies*. Ra- gravantur per Dageſch, *ut* יְבֵשָׁה *arida* שְׁמִטָּה *intermiſſio*, סְגֻלָּה *peculium*. Quæ autem in eſinunt, ut plurimùm habent ſægol vel pa- vicariu n *ut* אַדֶּרֶת *paludamentum* גְּבֶרֶת *ſtultitia*, עֶפֶרֶת *plumbnm* כְּפֶרֶת *itiatorium*, נְחֹשֶׁת *æs*, שִׁבֹּלֶת *ſpica*, כְּתֹנֶת *ica*, תּוֹלַעַת *vermis*, סַפַּחַת *apoſtema*.

(a) Vt חָכְמָה hic ſcribitur ſcilicet cum ה ſub ח malè ponitur exemplũ vocum Scheva mutum ſub media ſyllaba habentium, nam in tali ſcriptione movetur.

Aliquando habent Hirek vel Schurek,

39 In servilem ה vel ת finita sunt Fœminina.

Quæ major est facilitas quàm Latiniatis: מִלְחָמָה *bellum,* סִכְלוּת *stoliditas, à radicibus* חָם *oppugnavit,* כָּסַל *desipuit.* Huc refer, quæ re naturâ, vel arte duplicatas significat, *ut* עַיִן *oculus,* רֶגֶל *pes,* חֶרֶב *gladius anceps.* Item lia quædam, *ut* אֶבֶן *lapis,* בֶּטֶן *venter, &c. De pr priis mulierum & muliebrium officiorum mone non est opus, Pauca sunt* Communia: *ut* זָקֵן *ba ba,* לָשׁוֹן *lingua,* דֶּרֶךְ *via,* רוּחַ *spiritus,* אֶרֶץ *terr* נֶפֶשׁ *anima &c.* Neutra *verò Hebræis sunt nul prorsus.*

40 Fœmininum formatur à Masculin in ה־

Vt טוֹב *bonus,* טוֹבָה *bona. Observa* ה־ *pri tollendum esse, si adsit:* יָפֶה *pulcher,* יָפָה *pulchr & gentilia tantum* ת *assumere,* מִצְרִי *Ægyptiu* מִצְרִית. *Ægyptia.*

III. NVMERVS.

Dualis formatur à singulari in ים־

Vt יוֹם *dies,* יוֹמַיִם *biduum. Nota* ה *se vile si adsit prius in* ת *mutatur, ut* שָׁנָה *annu* שְׁנָתַיִם *biennium. Pauca sunt dualia tantùm ut* מַיִם *aquæ,* שָׁמַיִם *cœli.*

Plu- C

ugurium, תְּפִלָּה *oratio,* מְגִלָּה *volumen à Ra-*
dicibus חָמַם, (a) קִנֵּן, תָּמַם *& b.* 3. A quieſcen-
ibus pe Iod *derivata, Iod Nudum abjiciunt; vel*
fronte tegendum, in vav holem mutant: ut יֵדַע
ientia, עֵצָה *conſilium,* מוֹשָׁב *ſedes* תּוֹכַחַת *in-*
repatio à Rad. יָעַץ, יֶעֶץ *conſilium,* יָשַׁב *&c.*
4. E verbis Ajin vav vel jod *enata, eas vel per*
mmutabile Kametſi & Zeri occultant, ut עָב *nu-*
es גֵּר *peregrinus.* לָצוֹן *deriſio,* צֵדָה *viaticum,*
Rad. עוּב, גּוּר, לוּן *&c. vel per cæteras longas,*
תְּבוּנָה *intelligentia mutant illud in Iod (rarius in*
vav) vel prorſus abjiciunt, ut פְּרִי *fructus,* עָנִי
fflictus, עָנָו *manſuetus,* בִּנְיָן אָב *ædificium,* גָּלוּת
xilium &c. Obſerva tamen in omnibus formis
multa manere prorſus regularia, *ut* מְנוּחָה *quies,*
לֵב *cor,* יֶלֶד *puer,* קְצֵה *finis.*

(a) חם a radice קן חמם הם קנן a חמם sed תפלה a פלל מגכה a גלל

II. GENVS.

In Radicalem vel יֹ deſinentia ſunt Maſculina.

Vt חֹשֶׁךְ *tenebræ,* מַעֲנֶה *reſponſum,* מָוֶת *mors;*
radicibus חָשַׁךְ *opacus fuit,* עָנָה *fatus eſt,* מוּת
bire. Sic quoq; תָּו *ſignum* חֳלִי *morbus,* חֶשְׁבּוֹן *nu-*
merus; licet ſint a thematibus תָּוָה *ſignavit,*
חָלָה *ægrotavit,* חָשַׁב *ſupputavit.*

In

masculinorum. Quædam utroque modo f
mantur, *ut* חָצֵר *atrium,* לֵבָב *cor,* הֵיכָל *t*
plum, יַעַר *ſylva,* כָּתֵף *humerus &c. faciunt* ים
& חֲצֵרוֹת

IV. REGIMEN.

45 Singularia Fœminina, propter re
men mutant ה in ת -

Cùm duo ſubſtantiva concurrunt, quorum p
(a) i. e. Vt latine, *ſterius* (a) *latinè Genitivi caſus eſt, priusillor*
in Regimine conſtitui dicitur. E. g. יְהוִה
עֶבֶד *ſervus Dei. Idipſum plerunq; al quantum m*
tatur; poſteriori manente invariato, v. g. fæ
ninum ſit, convertit conſuetam terminationem
ת - *ut* זִמָּה *facinus,* זִמַּת אָדָם *facinus hominis*

46 Pluralia verò Maſculina convertu
(b) Ter- minatio- nem ple- nam in contractã. ים in י (b)

Vt אַדִּיר *magnificus, pluraliter* אַדִּירִים, *hi*
in conſtructione אַדִּירֵי הָאָרֶץ *magnates terræ. S*
& Duvalia: ut ex עֵינַיִם *oculi, fit* עֵינֵי יְהוָה *oc*
Domini. Imitantur id pauculæ præpoſitiones,
אַחֲרֵי *poſt,* בִּלְעֲדֵי *præter, &c.*

NOTA.

Memineris autem, quod inſuper voc
les nominum varie mutantur; *ut infrà ſ*
loco plenius diſces, interim è præſentibus omniu
claſſium EXEMPLIS *quodammodò prænoſc*

Pluralis masculinorum formatur à singulari in ים. 24

Vt צַדִּיק *justus*, צַדִּיקִים *justi, ubi* ה *similiter us auferendum est ut* יָפִים *pulchri. Pauca aldaico more terminantur in* ין *ut* מְלָכִין *reges v.* 31. 3. *Quædam sunt pluralia tantum, ut* פָּנִים *facies*, חַיִּים *vita.*

Pluralis fœmininorum formatur à suo 25
ngulari in ות abjectis ה vel ת servilibus.

Vt מְדִינָה *provincia.* מְדִינוֹת *provinciæ. m ubi consonæ auferri jubentur, illarum quoq; tales simul tollendæ sunt. At schurek in Iodda- tum & Kybbuz resolvitur; ut* מַלְכוּת *re- um,* מַלְכִיוּת *regna.*

Quædam Masculina pluralem for- 24
ant more Fœmininorum: & contra.

Frequentiora ex Masculinis *sunt,* אָב *pater,* ? *nomen,* לַיִל *nox,* קוֹל, *vox,* דּוֹר *ætas,* לוּחַ *ta- la,* רוּחַ *spiritus,* צָבָא *exercitus,* מָקוֹם *locus,* מִזְבֵּחַ *altare, &c. quæ faciunt* אָבוֹת, שֵׁמוֹת *&c. ecipua è* Fœmininis *sunt,* מִלָּה *sermo,* אַלָּה *ercus,* יוֹנָה *columba* נְמָלָה *formica,* לְבֵנָה *la- &c. quæ fatiunt* מִלִּים, יוֹנִים *&c. more* scu-

masculinorum. Quædam utroque modo formantur, *ut* חָצֵר *atrium,* לֵב *cor,* הֵיכָל *templum,* יַעַר *sylva,* כָּתֵף *humerus &c. faciunt* חֲצֵרִים & חֲצֵרוֹת

IV. REGIMEN.

45 Singularia Fœminina, propter regimen mutant ה ־ in ת -

Cùm duo substantiva concurrunt, quorum posterius (a) *latinè Genitivi casus est, prius illorum in Regimine constitui dicitur. E. g.* אֱלֹהִים עֶבֶד *servus Dei. Idipsum plerunq; aliquantum mutatur; posteriori manente invariato, v. g. fœminium sit, convertit consuetam terminationem in* ת - *ut* זְמָה *facinus,* זִמַּת אָדָם *facinus hominis.*

(a) i. e. Vt latine,

46 Pluralia verò Masculina convertunt ים in י־ (b)

Vt אַדִּיר *magnificus, pluraliter* אַדִּירִים, *hinc in constructione* אַדִּירֵי הָאָרֶץ *magnates terræ. Sic & Duvalia: ut ex* עֵינַיִם *oculi, fit* עֵינֵי יְהוָה *oculi Domini. Imitantur id pauculæ præpositiones, ut* אַחֲרֵי *post,* בִּלְעֲדֵי *præter, &c.*

(b) Terminationem plenam in contractã.

NOTA.

Memineris autem, quod insuper vocales nominum varie mutantur; *ut infrà suo loco plenius dices, interim è præsentibus omnium classium* EXEMPLIS *quodammodò præscis.*

Pluralis masculinorum formatur à suo singulari in ים. 24

Vt צַדִּיק *justus*, צַדִּיקִים *justi, ubi* ה *similiter rius auferendum est ut* פְּנִים *pulchri. Pauca haldaico more terminantur in* ין. *ut* מַלְכִין *reges rov.* 31. 3. *Quædam sunt pluralia tantum, ut* פָּנִים *facies*, חַיִּים *vita.*

Pluralis fœmininorum formatur à suo ngulari in ות abjectis ה vel ת servilibus. 25

Vt מְדִינָה *provincia.* מְדִינוֹת *provinciæ. am ubi consonæ auferri jubentur, illarum quoq; ocales simul tollendæ sunt. At schurek in Iodda-ssatum & Kybbuz resolvitur; ut* מַלְכוּת *re-num,* מַלְכֻיוֹת *regna.*

Quædam Masculina pluralem for- nant more Fœmininorum: & contra. 24

Frequentiora ex Masculinis *sunt,* אָב *pater,* שֵׁם *nomen,* לַיִל *nox,* קוֹל, *vox,* דּוֹר *ætas,* לוּחַ *tabula,* רוּחַ *spiritus,* צָבָא *exercitus,* מָקוֹם *locus,* מִזְבֵּחַ *altare, &c. quæ faciunt* אָבוֹת, שֵׁמוֹת *&c. ræcipua è* Fœmininis *sunt,* מִלָּה *sermo,* אָלָה *uercus,* יוֹנָה *columba* נְמָלָה *formica,* לְבָנָה *la-r &c. quæ fatiunt* מִלִּים, יוֹנִים *&c. more* Masculi-

CAPVT IV.

DE VERBO.

Docet verba perfecta 1. ad normam paradigmatis inflectere. 2. Propter quasdam literas nonnihil variare.

Inflexio verbi fluit ab una Radice plerunque triliterâ.

Radix *cæterorum constituitur vulgò tertia persona præteriti Kal (desinens in Patho, interdum quoq; in Zeri & Holem) propter sui simplicitatem unde aliæ deducuntur ordine retrogrado. Sed quæ in quibusdam imperfectis media præteriti occultatur, mallem ego Infinitivum pro Radice haberi. Sunt autem conjugationes septem, per quas significata mutantur. In Kal pleraq; sunt nutralia,* in Pie verò & Hiphil fiunt transitiva, ut אָבַד *periit* הֶאֱבִיד & אִבֵּד *perdidit: quod etiam aliæ linguæ imitantur, ut Fugere, Fugare:* (a) **fallen fellen fahren, führe: ligen, legen: lernen, lehren sitzen, setzen**: *&c. Sed habent hæ Orientales linguæ præ Occidentalibus peculiare,* (b) *quod* Sexus etiam in verbis distinguunt, *& aliter de mare loquuntur quàm de fœmina: quod observasse, perspicuitatem sæpè juvat.*

(a) Fallen cadere Fallen deijcere. Sic anglicè.* To fall. Cadere To fell. deijcere arborem.

(b) Non adeo peculiare, quin & apud latinos verba passiva, deponentia, & Communia alquatenus imitantur. v. g. Amata fuit, locuta est. Gavisa est. Osculata est.

* Sic etiam to set, in sedem ponere, to sit, sedere

Plurale.		Singulare.	
Constructi. absolut.		*Construct. absolut*	
דִּבְרֵי דְבָרִים	Verbum	דִּבְרַ דָּבָר	
לִבְבֵי לְבָבִים	Cor	לִבְבַ לֵבָב	
שִׁכְנֵי שְׁכֵנִים	Vicinus	שִׁכְנַ שָׁכֵן	
עִצְלֵי עֲצֵלִים	Piger	עִצְלַ עָצֵל	
מַלְכֵי מְלָכִים	Rex	מַלְכַ מֶלֶךְ *idem* (a)	(a) i. e: Idem est nomen absolutè, & in forma constructionis
נַעֲרֵי נְעָרִים	Puer	נַעֲרַ נַעַר *idem*	
קָדְשֵׁי קְדָשִׁים	Sanctitas	קָדְשַׁ קֹדֶשׁ *idem*	
מוֹתֵי מוֹתִים	Mors	מוֹתַ מָוֶת	
זֵיתֵי זֵיתִים	Oliva	זֵיתַ זַיִת	
מְלוֹנֵי מְלוֹנִים	Diversorum	מְלוֹנַ מָלוֹן	
מָגְנֵי מָגִנִּים	Scutum	מָגְנַ מָגֵן *idem*	
שְׁנֵי שָׁנִים	Dens	שְׁנַ שֵׁן *idem*	
עֻזֵּי עֻזִּים	Robur	עֻזַּ עֹז *idem*	
גְּדָיֵי גְּדָיִים	Hœdus	גְּדָיַ גְּדִי *idem*	
שָׂדֵי שָׂדוֹת	Campus	שָׂדֵה שָׂדֶה	
מִקְנֵי מִקְנִים	Possessio	מִקְנֵה מִקְנֶה	

Sequentia sunt fœmina.

צִדְקוֹת צְדָקוֹת	Iusticia	צְדָקַת צְדָקָה	
שִׁפְחוֹת שִׁפְחוֹת	Ancilla	שִׁפְחַת שִׁפְחָה	
חֵלְקוֹת חֵלְקוֹת	Pars	חֵלְקַת חֶלְקָה	
עֵצוֹת עֵצוֹת	Consilium	עֵצַת עֵצָה	
אַדַּרְתוֹת אַדַּרְתוֹת	Toga	אַדַּרַת אַדֶּרֶת *idem*	
כִּתָּנוֹת כִּתָּנוֹת	Tunica	כִּתָּנַת כְּתֹנֶת *idem*	
מַלְכִיּוֹת מַלְכִיּוֹת	Regnum	מַלְכוּת מַלְכוּת *idem*	
שְׁאֵרוֹת שְׁאֵרוֹת	Residuum	שְׁאֵרִית שְׁאֵרִית *idem*	

Hitpahal

Sing.	Hitpahal	Hophal	Hiphil	Pyal
Ille	הִתְפַּקֵּד	הָפְקַד	הַפְקִיד	פָּקַד
tu v.	הִתְפַּקַּדְתָּ	הָפְקַדְתָּ	הַפְקַדְתָּ	פָּקַדְתָּ
ego	הִתְפַּקַּדְתִּי	הָפְקַדְתִּי	הַפְקַדְתִּי	פָּקַדְתִּי
illa	הִתְפַּקְּדָה	הָפְקְדָה	הַפְקִידָה	פָּקְדָה
tu f.	הִתְפַּקַּדְתְּ	הָפְקַדְתְּ	הַפְקַדְתְּ	פָּקַדְתְּ
illi,æ	הִתְפַּקְּדוּ	הָפְקְדוּ	הַפְקִידוּ	פָּקְדוּ
vos v.	הִתְפַּקַּדְתֶּם	הָפְקַדְתֶּם	הַפְקַדְתֶּם	פְּקַדְתֶּם
vos f.	הִתְפַּקַּדְתֶּן	הָפְקַדְתֶּן	הַפְקַדְתֶּן	פְּקַדְתֶּן
nos	הִתְפַּקַּדְנוּ	הָפְקַדְנוּ	הַפְקַדְנוּ	פָּקַדְנוּ
ego	אֶתְפַּקֵּד	אָפְקַד	אַפְקִיד	אֶפְקֹד
tu v.	תִּתְפַּקֵּד	תָּפְקַד	תַּפְקִיד	תִּפְקֹד
ille	יִתְפַּקֵּד	יָפְקַד	יַפְקִיד	יִפְקֹד
tu f.	תִּתְפַּקְּדִי	תָּפְקְדִי	תַּפְקִידִי	תִּפְקְדִי
illa	תִּתְפַּקֵּד	תָּפְקַד	תַּפְקִיד	תִּפְקֹד
nos	נִתְפַּקֵּד	נָפְקַד	נַפְקִיד	נִפְקֹד
vos v.	תִּתְפַּקְּדוּ	תָּפְקְדוּ	תַּפְקִידוּ	תִּפְקְדוּ
illi	יִתְפַּקְּדוּ	יָפְקְדוּ	יַפְקִידוּ	יִפְקְדוּ
v. f ill.	תִּתְפַּקֵּדְנָה	תָּפְקַדְנָה	תַּפְקִדְנָה	תִּפְקֹדְנָה
tu v.	הִתְפַּקֵּד	*Hæ paſ-*	הַפְקֵד	*-ſivæ*
tu f.	הִתְפַּקְּדִי	*ca-*	הַפְקִידִי	*-rent*
vos v.	הִתְפַּקְּדוּ	*impe-*	הַפְקִידוּ	*-rativis*
vos f.	הִתְפַּקֵּדְנָה		הַפְקֵדְנָה	
	הִתְפַּקֵּד	הָפְקַד	הַפְקִיד	פָּקֵד
M.S.	מִתְפַּקֵּד	מְפֻקָּד	מַפְקִיד	מְפֻקָּד
M.P.	מִתְפַּקְּדִים	מְפֻקָּדִים	מַפְקִידִים	מְפֻקָּדִים
F.S.	מִתְפַּקְּדָה	מְפֻקָּדָה	מַפְקִידָה	מְפֻקָּדָה
item.	מִתְפַּקֶּדֶת	ooo *b*	מַפְקֶדֶת	ooo *a*
F. P.	מִתְפַּקְּדוֹת	מְפֻקָּדוֹת	מַפְקִידוֹת	מְפֻקָּדוֹת

a Iſtæ notæ ooo tantum ſupplent vacuum, quia authori non placet inferere utramque formam participij fœminini ſingularis, datur enim etiam מְפֻקֶּדֶת

b Et datur item. מְפֻקֶּדֶת

Tẽp9 Mod.	Nũ.	Gen.	perf.	KAL	Niphal	PIEL
PRÆTECITUM	S.	M	3	פָּקַד	נִפְקַד	פִּקֵּד
		C	2	פָּקַדְתָּ	נִפְקַדְתָּ	פִּקַּדְתָּ
		F	2	פָּקַדְתְּ	נִפְקַדְתְּ	פִּקַּדְתְּ
		C	1	פָּקַדְתִּי	נִפְקַדְתִּי	פִּקַּדְתִּי
	P.	C	3	פָּקְדָה	נִפְקְדָה	פִּקְּדָה
		M	3	פָּקְדוּ	נִפְקְדוּ	פִּקְּדוּ
		F	3	פָּקַדְנָה	נִפְקַדְנָה	פִּקַּדְנָה
		M	2	פְּקַדְתֶּם	נִפְקַדְתֶּם	פִּקַּדְתֶּם
		F	2	פְּקַדְתֶּן	נִפְקַדְתֶּן	פִּקַּדְתֶּן
		C	1	פָּקַדְנוּ	נִפְקַדְנוּ	פִּקַּדְנוּ
FUTURUM	S.	C	1	אֶפְקֹד	אֶפָּקֵד	אֲפַקֵּד
		C	2	תִּפְקֹד	תִּפָּקֵד	תְּפַקֵּד
		M	3	יִפְקֹד	יִפָּקֵד	יְפַקֵּד
		F	2	תִּפְקְדִי	תִּפָּקְדִי	תְּפַקְּדִי
		F	3	תִּפְקֹד	תִּפָּקֵד	תְּפַקֵּד
	P.	C	1	נִפְקֹד	נִפָּקֵד	נְפַקֵּד
		M	3	יִפְקְדוּ	יִפָּקְדוּ	יְפַקְּדוּ
		F	3	תִּפְקֹדְנָה	תִּפָּקַדְנָה	תְּפַקַּדְנָה
IMPER.	S.	M	2	פְּקֹד	הִפָּקֵד	פַּקֵּד
		F	2	פִּקְדִי	הִפָּקְדִי	פַּקְּדִי
	Pl.	M	2	פִּקְדוּ	הִפָּקְדוּ	פַּקְּדוּ
		F	2	פְּקֹדְנָה	הִפָּקַדְנָה	פַּקַּדְנָה
INFNIT:				פְּקֹד בְּוֹר	הִפָּקֵד	פַּקֵּד
PARTICP.				a פֹּקֵד b	נִפְקָד	מְפַקֵּד
				פְּקוּדִים	נִפְקָדִים	מְפֻקָּדִים
				פְּקוּדָה	נִפְקָדָה	מְפֻקָּדָה
				ooooc	נִפְקָדִים	מְפֻקָּדִים
				פְּקוּדוֹת	נִפְקָדוֹת	מְפֻקָּדוֹת

a Benoni seu activum præsens
b Pallivũ preteritum
c Istæ notæ oooo supplent locum alterius formæ. פְּקוּדֹת

4

49 Hæc ſunt omnia præterita compendiosè contexta. (a)

קָרַ֫	(b) קָרְ֫	*ille*	(c)	
קָרַ֫תָּ		*tu v.*	פָּ֫עַל	KAL
קָרַ֫תִּי		*ego*	נִפְעַל	*Niphal*
קָרְ֫תָה	(c) קָרָ֫	*illa*	פִּ֫עֵל	PIHEL †
קָרַ֫תְּ		*tu f.*	פֻּ֫עַל	*Pyhal*
קָרְ֫ו	(d) קָרָ֫	*illi illæ*	הִפְעִ֫יל	HIPHIL §
קָרַ֫תֶּם		*vos v.*	הָפְעַל	*Hophal*
קָרַ֫תֶּן		*vos f.*	הִתְפַּעֵל	HITPAEL
קָרַ֫נוּ		*nos.*		

(a) Obſerva primũ, quod ſemel ponitur in antecedentibus non repetitur in ſequentibus. Sed ad antecedentia recurrendum eſt. Habebis in piſhel פִּקֵּר. Tunc recurre ad קָר in Kall & ſc in cæteris deficientibus. (b) Inuſitationes ſunt terminationes (c) פָּ Collocata ultra (d) eſt ſyllaba præteriti ~~initialis~~ inuſitatior.

Hæc omnia ſeptem Futura.

* *v.* Vir
* *f.* fæmina.

		illa	os f.	illi	vos v.	nos	illa	tuf. *	ille	tu v. *	Ego
		ת		י	תֶּם	נוּ	תָה	תְּ	י	תָ	א
:	1	יְפַקֵּד		•	•	•	•	•	•	•	•	*Kal.*
:	2	יִפָּקֵד		•	•	•	•	•	•	•	•	*Nip.*
:	3	יְפֻקַּד		:	:	:	:	:	:	:	:	*Pih.*
:	4	יְפֻקַּד		:	:	:	:	:	:	:	:	*Pyh.*
:	5	יָפְקִיד		-	-	-	-	-	-	-	-	*Hip.*
:	6	יָפְקַד		▾:	▾:	▾:	▾:	▾:	▾:	▾:	▾:	*Hop.*
:	7	יִתְפַּקֵּד		•	•	•	•	•	•	•	•	*Hit.*

Paradigma PĀKĂD eſt norma Ver- 48
orum omnium.

Etiam imperfectorum; quæ ſic flecti præſuppo-
nuntur, ne tot paradigmata cudere opus ſit. Vbi au-
tem diſcedunt, monebitur in ſingulis. Itaq; totum
conjugandi artificium in eo conſiſtit, ut pro tribus
literis פקד ſubſtituantur tres quæcunque alte-
rius thematis. *Verbi gratiâ, ad analogiam.*

פָּקַד פָּקַדְתָּ פָּקַדְתִּי פָּקְדָה

Conjugentur quoq; iſta

כָּתַב כָּתַבְתָּ כָּתַבְתִּי כָּתְבָה
שָׁמַר שָׁמַרְתָּ שָׁמַרְתִּי שָׁמְרָה

Proinde hoc tanquam fundamentum reliqui-
memoriæ imprimendum eſt diligentiſſimè. Id ut
facilius conſequare, poſui primò explicitum *para-*
digma, diſpoſitione novâ & ſuccinctâ, deinde tra-
didi recenter inventa illius compendia, *quæ recor-*
dationem juvent: ut ex collatione ſenties.

Hæc

55 Prima gutturalis pro ſcheva muto recipit unam ex compoſitis vocalibus; atque augmentum antecedens ſimilem brevem.

Propter litcras אהחע *ſcribitur* ֲ ֱ ֳ *vel* ֵ ֶ ֹ *Rarò manet ſimplex ſcheva, pro compoſito.*

56 Scilicet Patha & Hateph in Futuris Kal ac Hiphil, atq; Participio Hiphil.

Vt יַהֲלֹךְ *ambulabit,* תַּחֲלִיף *mutabis,* מַאֲמִין *credens, pro* יְהַלֵּךְ תַּחֲלִיף מַאֲמִין. *Idem imitatur Imperativus Kal, cum media gutturalis eſt, ut* טַעֲמוּ *guſtate, pro* טְעֲמוּ. *Excipe; in Futuro Kal propter Aleph (tàm ſervile, quàm radicale (vel ſignificationem intranſitivam, eſt ſægol & hateph-ſægol, ut* אֶהֱלַךְ *ambulabo,* תֶּאֱנַף *clamabis. Quod interdum etiam imitatur* ח, *ut* יֶחֱזֶה *aſpiciet.*

57 Sægol & Hateph-ſægol in præteritis Niphal ac Hiphil, atq; participio Niphal.

Vt נֶעֱנַשׁ *multctatus eſt,* הֶחֱזִיק *apprehendit,* נֶהֱרָג *occiſus: pro* נֶעְנַשׁ, הֶחְזִיק, נֶהְרָג. *Invenitur & ֲ ֱ ֳ ut* נַעֲנָה *afflictus eſt, Ieſa.* 53.7.

Ka-

Hi omnes Imperativi.

tu v. / tuf. (a)	: / ׳	פְּקֹר	Ka.
	:	הִפָּקֵר	Ni.
	:	פַּקֵּר	Pi.
vos v.	ו	הַפְקִיר	Hi.
vos f. נָה:	:	הִתְפַּקֵּר	Hit.

(a) Vox hebræa ׳ sine ׳ ſign. tu vir cum ׳. tu fœmina. Cum ו vos viri. Cum נה vos fœminæ.

Quibus Infinitivi aſſimilantur.

Niſi quod Kal etiam à Kametz incipit, maxi-
è in reduplicatione verbi: ut פָּקֹד יִפְקֹד *viſitando*
iſitabit. Hiphil verò & Hophal, in zeri quo
ſinunt, ut הַפְקֵד הָפְקֵד

Hæc denique ſunt participia.

1. P. ים·	:	מְפַקֵּד	Py.	: פּוֹקֵד	Kal.
2. S. ה··ת		מַפְקִיד	Hi.	פָּקוּד (*):	
3. P. ות		מְפֻקָּד	Ho.	נִפְקָד	Ni.
	:	מִתְפַּקֵּד	Hit.	: מְפֻקָּד	Pi.

(*) i participium Kal paſſivum.

II. VARIATIONES.

Propter ſibilum & gutturales.

Prima ſibilans in Hithpahel tranſ-
onitur.

Hoc eſt, Thau literis זסצש *poſtponitur, ut* הִסְתַּבֵּר *oneravit ſe, pro* הִתְסַבֵּר, *Idemque*
hau poſt ז *in* ר, *poſt* צ *in* ט *mutatur, ut* הִזְדַּמֵּן (b) *æparavit ſe,* הִצְטַדֵּק (c) *juſtificavit ſe.*

(b) pro הִזְתַּמֵּן

(c) pro הִצְתַּדֵּק

Pri na

ſicubi opus eſt. Et hæc omnia ſecundum generales regulas: unde meritò hîc obiter tantum tacta, reſervantur in Caput IX & X.

QVADRATA VERBA.

Hoc eſt, quæ vel quatuor radicalibus conſtant vel unam aut alteram reduplicant, nihil habent novæ difficultatis; ut כִּרְבֵּל כִּרְבַּלְתָּ כִּרְבַּלְתִּי
כִּלְבֵּל כִּלְבַּלְתָּ כִּלְבַּלְתִּי

Texit, texiſti, texi
Suſtentavit, viſti vi

CAPVT V.

DE DEFECTIBVS.

Docet Conjugationem Verborum 1. Pe Nun. 2. Lamed Nun vel Tau. 3. Geminatorum.

60 **Anomala Verba ſunt vel Defectiva, vel Quieſcentia.**

